

Turini, Gregorio. *Cantiones admodum devotae cum aliquot psalmis Davidicis . . . ad quatuor aequales voces compositae . . .* Venezia, Angelo Gardano. 1589. RISM T1396. Later edition of 1606 (RISM T1397).

Title:

CANTIONES ADMODVM DEVOTAE,
CVM ALIQVOT PSALMIS DAVIDICIS,
IN ECCLESIA DEI DECANTANDIS,
Ad Quatuor æquales Voces Compofitæ.
PER GREGORIVM TVRINVM BRIXIENSEM,
S.C.M. Rudolphi II. Muficum
[Printer's mark]
Venetijs Apud Angelum Gardanum.

M. D. LXXXIX.

Dedicatory Poem:

ENCOMIVM MVSICES
AD MAGNIFICVM AC NOBILEM VIRVM ANTONIVM ABVNDIVM
S.C.M. Aulicum digniffimum.

[column 1]

MVfica quot veræ mereatur nomina laudis,
Vndiq; doctõrum fcripta diferta probant.
Splendet vt impofitus fuluo carbunculus aurò
Non fecus è cunctis artibus ifta nitet.
Hæc placida motas reparans dulcedine mentes,
Affectus varia conditione regit.
Colligit hæc fparfos per mille pericula fenfus,
Ad mentem reuocans percita corda bonam,
Ne mala corrumpat teneros lafciaua mores,
Ad melius ftudium deuia corda vocat.
Ingenij renouat defeffas Mufica vires,
Ac animos iufta cum ratione regit.
Sollicito pellit mordaces pectore curas,
A grauibus foluens anxia corda malis.
Mollia doctõloqui condunt dum carmina vates,
Hac duce ftat iufto diëtio quæq; loco.

[column 2]

Hac duce vagitus releuant ac tedia matres
Dum gremio refouent pignora grata fuo:
Hac duce fallititer defeffus membra viator,
Difficilis pollens multa pericla viæ.

Hac duce longa fugat nemorofi tædia ruris,
 Lanigeras pascens gramine Pastor oues.
 Afficit hæc mira summum dulcedine mirum:
 Hæc manes pellit Tartareumq; ducem.
 Mitigat effrenes animos redditq; ferenos,
 Peçtoribus studium detrahit illa ferox.
 Affeçtus hominum varios moderatur, & iras,
 Pro furijs iufta dans ratione frui.
 Ergo quibus tenero fordet pia Mufica tantum.
 Sylueftres meritò dixeris effe feras.
 Te preçor Antoni lint hæc tibi carmina fcripta.
 Noftre perpetuum pignus amicitie.
 I.C.R.

Dedication:

ADMODVM NOBILI AC MAGNIFICO VIRO DOMINO | ANTONIO ABVNDIO
 S.C.M. AVLICO OPTIME MERITO, | Domino & Patrono fuo multum obferuando. |

Natura communis & benigniffima rerum omnium parens Vir generis animiq; nobilitate, ac varijs dotibus or-|natiffime, homini qui a primo ftatim ortu in hunc mundum ceu in quandam carnificinam omnium malo-|rum exponitur, etiam ingenij & mentis beneficium contulit, ad inquirendum ea quibus animi merorem, do-|lorem triftitiam, mulceret, condiret, edultaret. Inter hæc verò Muficam facile principem obtinere locum, | omnes ferè mortales, vel qui fe ad Rempubicam contulerunt, vel qui rerum cognitione deleçtantur, vel | etiam qui fuum negotium quærunt otiofi, testes effe poterunt, qui fanè abfq; Mufica vitam nullam effe arbi-|trantur. Apud Græcos nemo doçtus habebatur, qui non fidibus canere didiciffet, teftè Cicerone I. Tbufcula-|na, & Lyram a conuiuijs abeffe turpiffimum cenfebatur, Galeno fi credere fas eft. Apud Arcades aufterio-|ris alioquin vitę homines vti fcribit Polybius ad trigeftimum vsque ætatis annum hac arte imbuendos curabant ceteras | verò ignoraffe pudor haud erat vllus. Socrates etiam Philofophorum facile princeps iam natum grandior Mufica inftitui voluit. Sed | quorfum hæc ex Ethnicorum fontibus hauiffie iuuat, cum facri Bibliorum codices non tam huius artis qua proximè ad Angelorum | ministeria accedimus, preçonia decantent, quam etiam quod Dauid Rex cum cantoribus Cytharam percufferit, eoq; façto a Saule dæ-|mones fugaffie teftantur, feduloq; nos admonent, vt Dominum de çelis in voce Pfalmi, in tubis duçtilibus, in cymbalis benefonanti-|bus, inq; voce tubæ corneę inceffanter laudemus. Huic igitur iucundiffimę arti quia me totum a puero deuoui, vt Dei Opt. Max. cul-|tum in fua fançta Ecclefia pro poffe meo ampliarem pias hæc cantiones cum Pfalmis aliquot Dauidicis vocibus quafti paribus can-|tandas aptaui, ac fub tuo nomine vir Ampliffimę qui plurimum hac diuina arte deleçtaris, in lucem prodire curauit. Et licet concen-|tus ifte non refpondeat auribus iam fuauiffima harmonia repletis, totam namq; Italiam peragratus eos, & ab Imperatore D. Maxi-|miliano II. feliciffimæ recordationis ad feruitia vocatus Regna florentiffima Hispaiarum ac Galliarum miffus ab ipfo Cefare vt Re-|ges ac Reginas illorum tua arte (qua facile ipfum Apollum Myronem Praxitelem, Polycletum, & quotquot huius artis infignes, vel colit antiquitas vel hoc feculum habeat fuperaf) ad viuum quafti çelares, tamen vt animi mei promptitudinem declararem, ac amo-|ris, ftudij & benevolentie erga te validiffimum pignus ftatuerem quicquid illud eft, tuę dignitati confexere volui, petens interim vt | placido vultu munufculum accipere, ac

*offerentis animum suum adaspicere velit. Vale vir Ampliffime, & in fuorum numero me |
pręcor esse finat. Pragę Anno Virginei partus M.D.lxxxix. Die xxvij, Martij. |*

A.V.D. Addiçtiffimus | Gregorius Turinus Brixienfis S.C.M. Muficus. |

Index:

TABVLA CANTIONES.

[column 1]

Hei mihi Domine
Ne reminiscaris
Vifita quęsumus Domine
Hodie Chriftus natus eft
Hęc dies quam fecit Dominus
Benediçtus Deus
Qui vult venire poft me
Da pacem Domine
Viri Galilei quid ftatis
Cantate Domino
Benediçtus Dominus Deus
Miferere mei Deus
Dixit Dominus Domine meo.
Confitebor tibi Domine

[column 2]

Beatus vir qui timet Dominum
Laudate pueri Dominum
In exitu Ifrael de Aegypto
Lucis creator optime |
Magnificat anima mea Dominum
Lætatus fum in his
Nifi Dominus ædificauerit
Lauda Ierufalem Dominum
Credidi propter quod
Beati omnes qui timent Do.
Laudate Dominum omnes gentes
Benediçtus A 5.
Miferere A 5.

Contents:

Hei mihi Domine Quia peccaui nimis in vita mea quid faciam mifer vbi fugiam nifi ad te
Deus meus Miferere mei dum veneris in nouiffimo die.
Ne reminiscaris Domine deliçta noftra vel parentum noftrorum Neque vindiçtam fumus de
peccatis noftris.

Vifita quæfumus Domine habitationem iftam & omnes infidias inimici ab ea longe repelle
 Angeli tui fancti habitent in ea qui nos in pace cultodians & benediçtio tua fit fuper nos
 femper.

Hodie Chriftus natus eft hodie Saluator apparuit hodie in terra canunt Angeli lætantur
 Archangeli hodie exultant iufti dicentes Gloria in excelfis Deo Alleluia.

Hæc dies quam fecit Dominus Exultemus & lætemur in ea Alleluia.

Benediçtus Deus & pater Domini noftri Iefu Chrifti Pater Mifericordiarum & Deus totius
 Confolationis Qui Confolatur nos In omni tribulatione noftra.

Qui vult venire poft me abneget femetipfum & tollat Crucem fuam Et fequatur me dicit
 Dominus.

Da pacem Domine In diebus noftris Quia non eft alius qui pugnet pro nobis nifi tu Deus
 nofter.

Viri Galilei Quid ftatis afpicientes In cœlum Hic Iefus qui affumptus eft a vobis In cœlum
 fic veniet quemadmodum vidiftis eum euntem In cœlum Alleluia.

Cantate Domino Canticum nouum Quia mirabilia fecit Iubilare Deo omnis terra Cantate
 & exultate Et fpallite.

Benediçtus Dominus Deus Ifrael [odd verses]

Miferere mei Deus [odd verses]

Dixit Dominus [even verses]

Confitebor tibi [even verses]

Beatus vir [even verses]

Laudate pueri [even verses]

In exitu Ifrael [even verses]

Lucis creator optime Hymnus in Dominicis diebus [even verses]

Magnificat [even verses]

Laetatus fum [even verses]

Nifi Dominus [even verses]

Lauda Ierufalem [even verses]

Credidi propter quod [even verses]

Beati omnes [even verses]

Laudate Dominum [even verses]

Benediçtus Dominus Deus Ifrael A 5 Falfe bordoni fi Placet [2nd verse only]

Miferere mei Deus A 5 Falfe bordoni fi Placet [2nd verse only]

Part-books:

CANTVS Primus. A-D⁴ 32pp. Dedicatory Poem. Dedication. Index.

CANTVS Sec. E-H⁴ 32pp. Dedicatory Poem. Dedication. Index.

CANTVS Tertius. I-M⁴ 32pp. Dedicatory Poem. Dedication. Index.

BASSVS N-Q⁴ 32pp. Dedicatory Poem. Dedication. Index.

Remarks:

Oblong quarto format. Intonations in Bassus part-book. Copies consulted: **D**-Rp, **PL**-GD (digital copy). RISM T1396. Later edition of 1606 (RISM T1397).

Online sources: **PL**-GD, Pomeranian Digital Library; **D**-DI, Deutsche-digitale-bibliothek.de